Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Marcello xx

urn:nbn:de:bsz:31-289352

Visual Library

ſalutati peccatum ſuum confitentes ad propria redierunt. Uenientes autē gentiles vt ſanctū felicē tenerent: manus eorum dolor nimius apprehendit. Qui dum vlularent dixit eis. Dicite. Xp̄s eſt deus. et continuo dolor vos dimittet. Quibus dicentibus ſanati ſunt. ¶ Pontifex ydolorū ad eū venit dicens. Domine ecce deus meus vt te venientem vidit: continuo fugam arripuit. Cui cum dicerem quare fugis? ait. Uirtutem huius felicis ferre non poſſum. Si ergo deus meus ita te timet q̄to magis ego timere te debeo. Quem cū felix in fide inſtruxiſſet: baptizari ſe fecit. Adorantibus appollinem dixit felix. Si vere deus appollo eſt dicat michi quid eſt quod in manu nunc clauſū teneo? Habebat aūt in manu cedulam in qua oratio dominica erat ſcripta. Quo nihil reſpondente gentiles conuerſi ſunt. Tandē miſſa celebrata: et populo data pace: in pauimentū in oratione ſe proijciens. migrauit ad dominum.

¶ De ſancto Marcello. xx. A

MArcellus dictus eſt quaſi arcens malum a ſe. Uel dicitur marcellus quaſi maria percellens. id eſt mundanas aduerſitates p̄cutiens et conculcans. Aſſimilatur enim mundus mari: qꝛ ſicut dicit. Criſo. ſup mathe. In mari eſt ſonus cōfuſus: timor cōtinuus: ymago mortis. vndarū cōtentio infatigabilis. incōſtantia iugis.

MArcellus cū rome ſummus pōtifex eſſet et maximianum imperatorē de nimia in chriſtianos ſeuicia increparet: et i quadā domo cuiuſdā matrone in eccleſiā ꝯſecrata miſſaꝫ ageret. iratus imperator domū illā fecit ſtabulū iumentorꝫ. et eūdē marcellū ibidē ad ſeruiciū cū cuſtodia aīaliū deputauit. in quo ſeruitio poſt m'ltos annos in dn̄o requieuit. circa annos dn̄i. cclxxvii.

¶ De ſancto Anthonio. xxi. A

ANthonius dicit ab ana quod eſt ſurſum: et tenens: quaſi ſupna tenens: et mūdana deſpiciēs. Deſpexit aūt mundū quia immundus inquietus tranſitorius deceptiuus et amarus De hoc dicit augꝰ. O mūde immūde quid perſtrepis: q̄d aduertere nos conaris? tenere nos vis fugiens: quid faceres ſi maneres quē non deciperes dulcis qui amarus dulcia alimenta mētiris. Eius vitam anaſtaſius ſcripſit.

ANthonius cū viginti eſſet annorꝫ. et audiret legi in eccl'ia: ſi vis perfectus eſſe vade et vende oīa que habes et da pauperibus oīa ſua vendens pauperibus erogauit et hereminticam vitā duxit. Hic innumerabilia demonum tēptamenta ſuſtinuit. ¶ Quadā vice dum ſpiritum fornicatiōis virtute dei ſupaſſet dyabolus ī ſpecie pueri nigri ante eum pſtratus apparuit: et ſe ab eo victū cōfeſſus eſt. Nam et hoc p̄cibus impetrauit vt videret fornicationis demonem iuuenibꝰ inſidiantē. Quē cū in predicta forma vidiſſet dixit. Uiliſſima mihi apparuiſti ſpecie te vltra nō timebo Alia vice dum in quodā tumulo latitaret multitudo demonū eū adeo lacerauit: qꝛ miniſter eiꝰ quaſi mortuū eum proprijs humeris aſportaret. Cūqꝫ